

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant**

**Tacitus, Cornelius**

**Antverpiae, 1668**

Widmungsbrief (an Albrecht VII. von Habsburg)

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](#)

SERENISS<sup>MO</sup> ET POTENTISSL<sup>MO</sup>  
A L B E R T O  
ARCHIDVCI AVSTRIAE,  
BVRGVNDIÆ DVCI,  
PRINCIPI AC DOMINO BELGARVM.



VPREMÆ industriae & vltimæ tandem curæ CORNELIVM suum, SER<sup>ME</sup>, inter viuos adhuc LIPSIVS tuus, vti dare cœperat, ita voto pariter ac voce SERENITATI TVÆ consecrabat. meritissimò. MAXIMO ET OPT. SVO PRINCIPI, magnum, æternumque auctorem. Talem enim omnes hunc iudicant, & quem solum Maiestati sūx parem Romana vetustas habuit; quem omnia proculcantum barbarorum adhuc mitis saeuies, ideò pænè seruasse videtur, vt quantum bonum tot supra nos saeculis negauerit, æmulâ apud posteros testatione profiteretur. Nec alia profecto quam se vrgentis fati inuidia, lacerum, ægrum, inualidumque TACITVM protulisset, & nulli magis rei quam medicinæ obnoxium; vt dum multis simul remediiis interficeretur, adiuuantium iniuriâ periisse potius, quam tenebrarum exitio, existimaretur. Parum itaque interfuisset, hunc Historicum principem postliminiâ natuitate in lucem non produisse, aut LIPSIVM non vixisse, cùm

vtriusque sortis sic ratio constet, alterum alteri in se ipso ad sanitatem, ad æternitatem profuisse. Maiorum igitur ævo, sed totius humani generis B O N O, è tenebris scriptor iste emerserat: verùm in istam quam vides, D OMINE, valetudinem splendorémque, accuratâ L IPSIANI ingenij curatione refloruit. Nec semel, vnâque operâ sumum virum hoc elaborasse scimus, & nisi per gradus in istud humanæ prudentiæ culmen euafisse, omnibus constat. Sic ij solent qui ad alta & ardua eunt, retractum ordines moderatè sequi, non cursu fatigari; iam fessum & anhelantem spiritum morâ recipere, sessione recuperare. Nisi multo labore maxima perficiuntur; & qui tristissimi sæculi succurrere fortunæ, qui totius posteritatis perficere prudentiam scriptor poterat, hunc nisi vitæ suæ annis, & iugi procedentis ætatis sollicitudine, producere L IPSIVS & hominibus assignare debuit. Fecit & perfecit, S ER<sup>ME</sup>; maximûmque imperij & magnitudinis tuæ momentum, talis, tantúsque T ACITVS semper censebitur. Cui gloriæ, sanè non inferiori gratiâ, per omnem futuri temporis memoriam, monumentum tale subscribetur:

ALBERTO ET ISABELLA OPTT. ET MAXX. BELGARVM PRINCIPIBVS,

I V S T V S L IPSIVS

OMNI DOCTRINA SAPIENTIAQ. VIR EMINENTISSIMVS,

ADVERSISSIMIS LICET TEMPORIBVS,

GRATIA VALVIT, DIGNITATE EFFVLISIT:

NEC SINE MAXIMORVM ETIAM DOMINORVM LACRYMIS,

TOTIVSQ. EVROPÆ CVM GEMITV SVSPIRIISQ.

VIVERE INTER MORTALES VITAM DESIT.

Non

Non ceteris  
inuidiam faci-  
tia, aliæque ca-  
inter mortale  
postoris inge-  
O PATER,

Non ceteris virtutibus tuis, O MAXIME PRINCEPS,  
inuidiam facio. Pietas, Iustitia, Magnanimitas, Clemen-  
tia, aliæque cælestes dotes, cælo iterum debentur. tantum  
inter mortales, immortalitatem prouehere, & narrare  
postoris ingenia possunt. Foue, faue

O PATER, ô PRINCEPS, ô SANGVEN DIS ORIVNDVM.

Ivsti Lipsi mentem & manum,  
pari tantum pietate, expressi

SER<sup>TI</sup> VESTRÆ

æternum deuotus

*Ioannes VVouerius Antuerpiensis.*